

tum istud, ut occiderētis omnem multitudinem fame? Dixit autem Dóminus ad Móysen: Ecce, ego pluam vobis panes de cœlo: egrediatur populus, & colligat quæ sufficiunt per singulos dies: ut tentem eum utrùm ambulet in lege mea, an non. Die autem sexto parent quod inferant: & sit duplum quàm colligere solébant per singulos dies. Dixeruntque Móyses & Aaron ad omnes filios Israël: Vesperè sciētis quòd Dóminus eduxerit vos de terra Ægypti: & manè vidēbitis glóriam Dómini.

## DOMINICA in Palmis.

### Lectio Epistolæ Beati Pauli Apóstoli ad Philippenses.

**F**Ratres: Hoc enim sentite in vobis, quod & in Christo Jesu: qui cùm in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo: sed semetipsum exinanivit formam servi accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inventus ut homo. Humiliavit semetipsum, factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod & Deus exaltavit illum, & donavit illi nomen, quod est super omne nomen: \* ut in nomine Jesu omne genu flectatur cœlestium, terręstrium, & infernorum; & omnis lingua con-

*Phil.  
2.*

\* Hic  
genu-  
flecti-  
tur.

fi-

fiteatur, quia Dóminus Jesus Christus in glória est Dei Patris.

### FERIA SECUNDA majōris Hebdómadæ.

#### Lectio Isaïæ Prophætæ.

*Isai.  
50.*

**I**N diēbus illis: Dixit Isaïas: Dóminus Deus aperuit mihi aurem, ego autem non contradico: retrorsum non abii. Corpus meum dedi percutiētibz, & genas meas vellētibz: faciē meam non averti ab increpātibz, & conspuētibz in me. Dóminus Deus auxiliātor meus, ideò non sum confusus: ideò pōsi faciē meam ut petram durissimam, & scio quoniam non confundar. Juxtā est qui justificat me, quis contradicet mihi? Stemus simul, quis est adversarius meus? accēdat ad me. Ecce Dó-

minus Deus auxiliātor meus: quis est qui condēmet me? Ecce omnes quasi vestimētum conterētur, tinea cōmedet eos. Quis ex vobis timens Dóminum, audiens vocem servi sui? qui ambulavit in tēnebris, & non est lumen ei, speret in nōmine Dómini, & innitatur super Deum suum.

### FERIA TERTIA.

#### Lectio Jeremiæ Pro- phætæ.

**I**N diēbus illis: Dixit Jeremiās: Dómine demonstrāsti mihi, & cognōvi: tunc ostendisti mihi stūdia eōrum. Et ego quasi agnus mansuētus, qui portatur ad victimam: & non cognōvi quia cogitavērunt super me consilia, dicētes: Mittāmus lignum in panem ejus, & eradāmus

*Jer.  
II. d*

K 2

eum



eum de terra viventium, & nomen ejus non memorêtur ampliùs. Tu autem Dómine Sábaoth, qui júdicas justè, & probas renes & corda, videam ultiónem tuam ex eis: tibi enim revelávi causam meam, Dómine Deus meus.

### FERIA QUARTA.

#### PROPHETIA.

#### Léctio Isaíæ Prophétæ.

**H**Æc dicit Dóminus Deus: Dicitur filia Sion: Ecce Salvátor tuus venit: ecce merces ejus cum eo. Quis est iste, qui venit de Edon, tinctis vésibus de Bosra? iste formósus in stola sua, grádiens in multitudine fortitudinis suæ. Ego, qui loquor justitiam, & propugnátor sum ad salvándum. Quarè er-

go rubrum est indumentum tuum, & vestimenta tua sicut calcantium in torculari? Torcular calcavi solus, & de Géntibus non est vir mecum: calcavi eos in furóre meo, & conculcavi eos in ira mea: & aspérsus est sanguis eórum super vestimenta mea, & ómnia indumenta mea inquinávi. Dies enim ultiónis in corde meo, annus redemptiónis meæ venit. Circumspéxi, & non erat auxiliátor: quæsi vi, & non fuit qui adjuvaret: & salvávit mihi bráchium meum, & indignatio mea ipsa auxiliáta est mihi. Et conculcavi pópulos in furóre meo, & inebriávi eos in indignatióne mea, & detráxi in terram virtutem eórum. Miserationum Dómini recordábor, laudem Dómini super ómnibus quæ réddidit no-

bis,

bis, Dóminus Deus noster.

#### EPÍSTOLA.

#### Léctio Isaíæ Prophétæ.

**I**N diébus illis: Dixit Isaías: Dómine, quis crédidit auditui nostro? & bráchium Dómini cui revelátum est? Et ascéndet sicut virgúltum coram eo, & sicut radix de terra sitiénti: non est spécies ei, neque decor: & vidimus eum, & non erat aspéctus, & desiderávimus eum. Despéctum, & novíssimum virórum, virum dolórum, & sciéntem infirmitátem: & quasi absconditus vultus ejus & despéctus, undè nec reputávimus eum. Verè languóres nostros ipse tulit, & dolóres nostros ipse portávit, & nos putávimus eum quasi leprósum, & percússum à

Deo & humiliátum. Ipse autem vulnerátus est propter iniquitátes nostras, attrítus est propter scélera nostra: disciplina pacis nostræ super eum, & livóre ejus sanáti sumus. Omnes nos quasi oves errávimus, unusquisque in viam suam declinávit, & pósuit Dóminus in eo iniquitatem ómnium nostrúm. Oblátus est quia ipse voluit, & non apéruit os suum: sicut ovis ad occisióne ducétur, & quasi agnus coram tondente se obmutéscet, & non apériet os suum. De angústia, & de júdicio sublátus est: generatióne ejus quis enarrábit? quia abscessus est de terra viventium: propter scelus pópuli mei percússi eum. Et dabit ímpios pro sepultúra, & divitem pro morte sua: eò quòd iniquitatem non

fé-



fecerit, nec dolus fuerit in ore ejus. Et Dominus voluit conterere eum in infirmitate: si posuerit pro peccato animam suam, videbit semen longævum, & voluntas Domini in manu ejus dirigetur. Pro eo quod laboravit anima ejus, videbit & saturabitur: in scientia sua justificabit ipse justus servus meus multos, & iniquitates eorum ipse portabit. Ideo disperitiam ei plurimos, & fortium dividet spolia, pro eo quod tradidit in mortem animam suam, & cum sceleratis reputatus est: & ipse peccata multorum tulit, & pro transgressoribus rogavit.

## FERIA QUINTA in Coena Domini.

Lectio Epistolæ B. Pauli  
Apostoli ad Corin-  
thios.

**F**Ratres, Convenientibus vobis in unum, jam non est Dominicam cenam manducare. Unusquisque enim suam cenam præsumit ad manducandum. Et alius quidem esurit, alius autem ebrius est. Numquid domos non habetis ad manducandum & bibendum? aut Ecclesiam Dei contemnitis, & confunditis eos qui non habent? Quid dicam vobis? Laudo vos? in hoc non laudo. Ego enim accépi à Domino quod & tradidi vobis, quoniam Dominus Jesus in qua nocte tradebatur, accépit panem, & gratias agens fregit, &

di-

dixit: Accipite, & manducate: hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur: hoc facite in meam commemoratiōnem. Similiter & calicem, postquam cenavit, dicens: Hic calix novum testamentum est in meo sanguine. Hoc facite quotiescūque bibetis in meam commemoratiōnem. Quotiescūque enim manducabitis panem hunc, & calicem bibetis: mortem Domini annuntiabitis, donec veniat. Itaque quicumque manducaverit panem hunc, vel biberit calicem Domini indignè: reus erit corporis, & sanguinis Domini. Probet autem seipsum homo: & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Qui enim manducat & bibit indignè, judicium sibi manducat & bibit: non dijudicans cor-

pus Domini. Ideo inter vos multi infirmi & imbecilles, & dormiunt multi. Quod si nosmetipsos dijudicaremus, non utique judicaremur. Dum judicamur autem, à Domino corripimur, ut non cum hoc mundo damnemur.

## FERIA SEXTA in Parasceve.

Lector sine titulo incipit  
Prophetiam in tono  
prophetiæ.

**H**Æc dicit Dominus: In tribulatione sua manè consurgent ad me. Venite, & revertamur ad Dominum: quia ipse coepit, & sanabit nos: percutiet, & curabit nos: Vivificabit nos post duos dies: in die tertia suscitabit nos, & vivemus in conspectu ejus. Sciemus, sequemur-

que,